

1784,

N^o 9

1746, 22.

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.
D. IOHANNES FLORENS
RIVINVS
P. P.

H. J. Gottl.



LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IOHANNES FLORENS

RIVINVS

R. A.





um ante triennium certamina publica indicerem, thematis loco commemoravi casum specialem legati cuiusdam quatuor millium quae D. S. tabulis suis ultimis fratrum fororumque liberis assignauerat. Lis erat exorta, an sub liberorum appellatione eorum nepotes et vterioris gradus descendentes continerentur: Adduxi in vtramque partem, pro aiente aeque ac negante sententia momenta et rationes; affirmatiuae accessi, praecunte ordine nostro, speciatim hac de re interrogato, at non dissimulaui Reu. Consistorium Lipsiense, coram quo causa principalis inter legatarios ventilabatur, secessum a nobis fecisse, et solis fratrum fororumque liberis, exclusis nepotibus, quantitatem assignatam adiudicasse. Strenue inhaesit Reu. iudicium opinioni suae, nam leuerratione interposita, confirmatorie pronunciauit, de publicato 27. Oct. anni millesimi septingentesimi quadagesimi secundi; immo cum pars grauata ad sacram appellationis anchoram confugisset, in apostolis dimissoriis ad potentissimum constanter suam defendit sententiam rationes dubitandi responsi ab ordine nostro datas, in rationes decidendi commutando. Sed mitiora fata experti sunt nepotes in supremo prouocationum iudicio, nam secuta reformatoria die 10. Aug. insequentis anni partibus reddita, huius tenoris: Daß wohl appellirt, derowegen der abgestorbenen Schwester Kindes Kinder von dem S. legato der 4000 Thaler nicht auszuschliessen, und diese mit ihrer interuention nicht abzuweisen, sondern zu vorerwähnten legato derer 4000. Thaler
nebst

IV

nebstdem interesse morae mit denen Klägern zugleich in capita zu zulassen, diesennach ihnen solches auff vorherbeschriebne Art zu ihrem Antheile zu verabsolgen, quae mense Aprilis anni quadragesimi quarti huius seculi calculum per modum leuterationis obtinuit, remissa causa ad iudicem primae instantiae. Sed causa, licet decisa, tamen nondum erat finita, nec dum partibus, destinato beneficio frui licebat. Dubium enim oriebatur, an non plures ex fratribus aut sororibus nepotes, hinc inde dispersi, existere possent, quare eosdem per citationes edictales conuocandos esse censebat Consistorium mediante decreto d. 7. Aug. superioris anni publicato: Daß C. G. Q. Suchen noch zur Zeit nicht statt hat, sondern es sind vor allen Dingen D. V. G. S. verstorbner Geschwister unbekante Kindes Kinder so an dem beschiedenen legato derer 4000. Thaler einiges Antheil zu haben vermeynen, vermittelst öffentlichen Anschlags in dreyer unterschiedner Herren Landen auch mit Verstattung zweyer völliger Sächsischen Fristen sub poena praecclusi, und unter der Verwarnung daß wiedrigenfalls die Auszahlung derer legitirten Gelder an die in Actis sich gemeldete bekante Interessenten erfolgen solle, gebührend vorzuladen, worauf in der Sache ferner ergeheth was recht ist. Eodem mense ordini nostro specialis casus, qui similitudinem quandam cum priori quaestione habebat, obueniebat. Nempe W. H. E. in testamento, iudici oblato, uxorem suam, vnicam haeredem nominauerat, hoc tamen onere adiecto, vt quicquid post mortem viduae de bonis relictis superesset, in duas partes aequales diuiso, vnam, fratrum testatoris liberi, alteram patris sui I. G. H. liberi haberent. Casu eueniente, et extincta vidua testatoris, fratrum liberi, legitime ad successionem fideicommissariam vocati, dimidiam partem superstitis haereditatis iure suo petebant, sed supererant et sororis ipsius liberi, quorum pater vi patriae potestatis se fratrum filiis interueniendo iungebat ac partem de tunica capere intendebat, vtque robur, aut saltem colorem iuri suo agendi adderet, singulares allegabat circumstantias facti, scilicet quod testator morbo decumbens, fratres suos vna cum sorore, actoris tum absente vxore, conuocauit

cauerit, at quia illa morbo praepedita, iter fuscipere haud poterit, ex praesentibus fratribus, cur non sororem secum adduxerint, interrogauerit, ipsisque consilium de condendo testamento indicauerit, ex quibus aequalem affectum erga sororem, adeoque mentem et intentionem actoris liberos eodem beneficio quo fratrum cumulandi, deducere allaborabat, cum semper illa interpretatio praefenda sit, quae scopo testatoris magis conueniat, et ad illum obtinendum faciat, praesertim in fideicommissis, in quibus magis spectatur voluntas testatoris, quam propria verborum significatio *L. 57. §. 1. π ad Scit. Trebell.* Militabat vterius pro ipso, quod licet sub appellatione fratrum iuxta communem loquendi usum, masculi tantum denotentur, saepius tamen interpretatione iuris ad sorores etiam porrigatur eadem, easque comprehendat, prout apparet ex *L. 35. π de pact.* et *L. 38. π fam. l. c. c. f. c.* Inde Scaeuola quaesitus, an, quod heredes fratribus rogati essent restituere, etiam ad sorores pertineat, respondit omnino pertinere, nisi aliud sensisse testatorem probetur *L. 93. §. 3. π de leg. 3. iunct. L. 78. §. 5. π ad Scit. Trebell.* non vice versa, cum ex effato Pomponii inconcinnum imo exemplo pessimum sit, foeminino vocabulo masculos contineri *L. 45. pr. π de leg. 2.* *Lauterbach. de singulari frat. iure P. I. §. XI. n. 10. Stryk. de potiorib. frat. iurib. Cap. I. n. 2.* Imo multi defendunt, sermonem masculinum non modo extensivae interpretationis beneficio, sed maxime vocabuli proprietate foemininum sexum comprehendere *Goedaes ad L. 1. de V. S. num. 39. sq.* vt adeo in praesenti casu testatorem compendio sermonis, et ob aequalem sanguinis coniunctionem sororis liberos, non vi vocis, sed ob paritatem rationis, intelligi voluisse autumari posset. At enim vero ordo noster denegabat actori et interueniendi ius et agendi, eundemque in hac quaestione iuris, statim a limine iudicii repellebat, his imprimis rationibus motus, quod speciali appellatione fratrum sorores non veniant, cum secundum communem loquendi formulam vocabulum *Geschwister*, vtrumque quidem sexum vt fratres et sorores indigitet, at vterque sexus diuersas habeat appellationes, imo sibi inuicem quodammodo opponatur,

VI

et ad positionem vnus de oppositis alterius sequi negationem et exclusionem necesse sit, quod enim in vno disponitur, in alio negatur, et cui non conuenit nomen, ei nec dispositio conuenire potest, perinde vt, fratribus heredibus simpliciter institutis, germani tantum instituti intelliguntur, ex mente *Lauterbachii de singul. iur. frat. P. I. §. 15. et Stryk. de potior frat. iur. C. I. n. 12.* Citius sane voluntati testatoris satisfactum videbitur, si verbum quod vsurpauit ad literam restringamus et ad natium significatum reuocemus. Proprietas verborum prout inter familiares in societate ciuili adhiberi solent, omnem extensionem excludit *consil. Tubing. vol. VI. Conf. LXXII. n. 17. pag. 483.* Nec confugiendum ad praesumptiones et coniecturas, quoties de mente testatoris ex verbis dispositiuis per se claris constat *Dn. Boehmer Decis. Tom. II. P. II. Resp. DCCLXXVII. p. 28.* dicere enim et iudicare id saltem voluit testator, quod vox significat *L. 2. §. de reb. dub.* quod quidem in praesenti negotio menti testatoris eo magis conuenire videbatur, cum hic in ultimis suis tabulis a communi succedendi ordine recesserat, et non fratribus suis adhuc in viuis existentibus, sed eorundem liberis partem bonorum tribuerat, proinde sororis defunctae liberos plane praeterire voluisse videatur. Alias, si eosdem pari iure cum fratribus liberis dignos iudicare voluisset, certo certius, et eadem facilitate eos ibidem nominare, vel saltem communi vocabulo *derer Geschwister Kinder*, vt potuisset. Sententia mense Augusto anni praeteriti ad senatum Longosal. lata, erat huius tenoris: *Das Klägers Suchen wieder Beklagte nicht statt hat, compensatis expensis, additis rationibus decidendi: Dieweil H. W. E. in seinem auffgerichteten letzten Willen das sein Nachlass, so viel davon nach Absterben seines Eheweibes, welches er zur vniuersal-Erbin eingesetzt, vorhanden, in zwey gleiche Theile vertheilet werden, und ein Theil davon seiner Brüder Kindern zufallen solle, verordnet, unter welcher special Benennung der Schwester Kinder keinesweges zu verstehen, Gestalt nach der gemeinen Redens Art, beyderley Geschlechte von einander unterschieden und einander entgegen gesetzt zu werden pflegen, solchergestalt und*
bey

bey so deutlichen Worten die intention und mentem testatoris weiter zu untersuchen, oder auff Vermuthungen zu verfallen, unnötig, gestalt die proprietas verborum alle extension ausschliesset, zumahl da der testator von dem communi ordine succedendi abgegangen, und post mortem viduae die eine Hälfte des Nachlasses nicht seinem Brüdern und Schwester, so damahls am Leben gewesen, sondern bloß seiner Brüder Kindern zu geeignet, hierdurch sororis liberos ausgeschlossen wissen wollen, aufer dem er solche ebenfalls, oder wenigstens insgemein seiner Geschwister Kinder nahmhafft gemacht haben würde, die hernach weilen es auf eine quaestionem iuris ankommt, Kläger sofort abzuweisen, jedoch die Unkosten gegen einander zu compensiren gewesen. So ic.

Sed recentendi mihi veniunt Themidos filii, nobilissimi

Dn. GEORGIUS PHILIPPVS KROEBER,

Breunsd. Mifn.

FRIDERICVS WILHELMVS GRAFE,

Nossa - Mifn.

IOHANNES HENRICVS EVGEL,

Martisburg.

CHRISTIAN. FRIDERIC. MVNDIVS,

Torgau - Mifn.

IOHANNES SIGISMVNDVS FABER,

Budissa - Lusat.

CHRISTOPHORVS PFLVGK, Vielau -

Mifn.

CHRISTLIEB SALOMON ROEHR,

Klitzsch. Saxo.

WOLFGANG GOTTFRIED FERBER,

Mifena - Mifn.

CAROLVS CHRISTIANVS BOESCHEN,

Thuring. - Vinar.

IOHANNES HENRICVS IAHN,

Oppurg. - Osterland.

ADA-


- ADAMVS HENRICVS WAGNERVS,
Burgstad. Misn.
- IOH. GOTHOFRED. BERCKELMANNVS,
Altenburg.
- IOHANNES LVDOVICVS BECKERVS,
Leucopet. Sax.
- CHRISTIAN. GOTTFRIED KLIMPER,
Chemnit. Misn.
- CHRISTIAN. FRIDERIC. SCHVBARTHVS,
Martisburg.
- GEORGIVS AVGVSTVS SCHVBERTH,
Budiss. Lusat.
- IOHANNES CAROLVS KAEVFFLING,
Budiss. Lusat.
- FRIDERICVS ELIAS FORBERG,
Macro-Soemmerd. Thuring.
- CAROLVS GOTTFRIED HOEPFNER,
Parsdenstein - Misn.
- CHRISTIANVS GOTTFRIED KRAMPFF,
Numburg.
- CHRISTOPHORVS GÖTTLOB BOEHME,
Schneeb. - Misn.
- AVGVSTVS FRIDERICVS SPIZNERVS,
Reichenb. - Variscus.

Qui hæctenus ad Pandectarum Libros XXII. priores præcunte
Ludouiciano compendio, meo sub moderamine, publice respon-
dendo et opponendo disputarunt P. P. Lipsiæ Dom. Jubil.
A. S. R. MDCC XLVI.

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



ADA




vd 18

ULB Halle
006 529 909

3







11814

N^o 9

1746, 22.

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.
D. IOHANNES FLORENS
RIVINVS
P. P.

H. J. G. Roth

